Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8164
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Libri docent poëtici
Salamandra ut igne crescat,
In quo, velut natura fert,
Gbetur atq. nutrit,
Vin' scire' quam domum colat?
Montem colit profundum.
Huic arte quatuor focos
Vulcanus administrat.
Est altero primus minor
Salamandra quo lavatur,
Quillog. maior tertius,
Sed quartus antecellit,
Salamandra gaudet omnibus
Mundatur his et aliis.
Hinc diem suum trahit lucis
Occiditur rebentis.
Vt fusione sanguinis
Claudat diem supremum.
Nihil hac mali sed commodi
Cuiq. plurimi reportat,
Et sic proprem sanguine
Vitam suo lucratur.
Nec morte post hac frigida
Vnquam potest perire.
Sic sanguis eius optima est
In his medela terris.

Et huic parem non repperit
Medica sub arte Phebus.
Humana sanat corpora
Sanguineis referta.
Lapidem et metallicam
Lapsum medendo tollit,
Hinc est Sophis sapientia
Celog. munus ortum.
Quod dicitur lapis Sophi
Tot viribus repletus.
Cuot orbis hic totus capit
Ab ortu, ad occidentem.